



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Et anima mea turbata est ualde.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Et quia perfusum, ossa uelut roborari, ac ad salidū, secumq̄ grauissimam, uelut carnem leuandam prompta fieri, nihilq̄ non posse portare. Ita ut grauissimam sentiantur diffundi per ossa, uelut irrigatio quædam. Sicut Prover. iij. dicit: Et irrigatio ossium tuorum. Quin & poeta dicit: Gelidus per ossa currit tremor. Adeo affectiones animi in corpus redūdant. Recte ergo sana me domine dicit: quod etiam corpore tam æger sit, ut ossa non subsistant, tanta est uis ista tribulationis, nō permittens uel angulum in omnibus uiribus, quem non perturbet & conterat. Atq̄ hæc est summa purgatio peccati, pœnitentia, & satisfactio plenissima. summa purgatio peccati.

Et anima mea turbata est ualde.

Quarto, animam turbam queritur, hoc est, inferiorem partem, uitam, scilicet, sensitiuam. Nam turbato spiritu, & ossibus, nullus sensus, nō tristis quoq̄ redidit, ut iam nihil reliquum sit in spiritu, corpore, anima, quod nō sit amarissima tristitia, & pauore occupatum. Anima enī sentit mortis impetum, qui maxime sensum contristat, sicut spiritus, sentit infernum, qui est intolerabilis. Quod autem mortis & inferni sensus sit in hac turbatione, sequētia ostēdent. Interim sciēdum: qđ positus in hac turbatiōe, nihil est in creatura tā iucūdam, quod uisum possit, uel pilo recreare, nihil tam dulce, qđ aures mulcere, nullus gustandi, edendi, bibēdi, tangēdi, olfaciēdi affectus, quin omnia amarissima sunt. Est uero mors undiq̄, quicquid aspexerint, & senserint. Inter uitā & mortem miserime distenditur, mortem exhorrent, uitam nō habent. Notum autem esse cuius credo, quod anima & spiritus, usu scripturæ differunt: licet Philosophi, sua sentent. Nam ex Apostolo. ij. Thessa. ult. habemus ita: Ipse autem deus pacis, sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima & corpus, sine querela, in aduentū domini nostri Iesu Christi seruetur. In quam rem multa Origenes & Hieronymus in uarijs locis. Per omnia dixit Apostolus, id est, ut seipsum exponit, per spiritum, per animam, per corpus. Sed & ex Euangelijs habemus: Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus uiribus. De quibus nunc, non est locus plura dicēdi. Anima & spiritus differunt.

Et tu domine usquequo.

Hic aliq̄ subintelligunt uerbum, scilicet usquequo nō eripis, nō emendas. Quos inuauit p̄nomen, Tu, Et tu dñe usquequo. Quo affectu & psal. xij. dicit: Usquequo dñe obliuisceris me in finem? usquequo auertis faciem tuā a me? Quamdiu ponam cōsilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem: Vbi non solū petit maturari auxilium, sed etiā uelut impatiens moræ, queritur dilationis grauitatem, siquidem cū in omni affectu, timoris, amoris, spei, odij &c. sit dura & grauis mora, sicut Prover. xij. dicit: Spes quæ differtur, affligit animam. In hoc mortis & inferni affectu est oium grauissima. Hic enī uerum est quod dicitur, longiorem esse unam horam in purgatorio, q̄ multos annos in hoc seculo. Breuiter nec fert humana natura hanc tribulationē durare, uel modo dico tempore, neq̄ totā capit, sed gustat solum stillas eius aliquot. Sic ediuerso dicitur de ijs qui celestem affectum rapti patiūtur, q̄ uix guttam percipiūt, cum uita ista, non ferat diuitias uoluptatis illius uitæ. Quod si præualeat affectus uer, aut differatur, animam mox egredi putant, nisi miraculum sublit uirtutis dei. Quare his uerbis: Et tu dñe usquequo: insigni nota gemitum indicat illum ineffabilem intimi spiritus hæc patientis. Hora una purgatorii, longior multis anni.